

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

Catullus ad colloquium evocatus

- A:** Ante diem revocant, nimium quem numina amarunt.
Te tua Musa nimis dilectum praeripit orbi,
Elysiosque aufert in campos, regna piorum.
Quo Calvus, quo Gallus iit, tersusque Tibullus.
- 05 **Illa quies tibi nonne placet prata asphodelique?**
- C:** Si me vera loqui – nam falsum funditus odi –
Tu sinis, effabor. **A:** Cupio. **C:** Peramoena virecta
Haec, fateor. Nimium perfecta est vita beata:
Otia quis nescit mihi funditus esse molesta?¹
- 10 **Quo desiderio trahit, o! me Sirmio² noster,**
Benacusque lacus, mihi Thynis atque Bithynis
Suavior. « Elysiis » hodie libet addere. Dulce
Quam mihi post longasque vias longosque labores
Tunc fuerat lasso solitis requiescere stratis!
- 15 **A:** Nascitur exiguo momento temporis illud
Carmen sponte sua tibi quod tua Musa susurrat.
Atque alia esse puto, quibus esse beatior ipsi
Dis tibi visus eras. C: Primum mihi Lesbia visa
Protinus aethereâ perculso pectora flammâ
- 20 **Elicuit voces: « Divos superare videtur »³.**
- A:** Atqui sunt, quibus haec videatur hyperbola vana!⁴
- C:** Consulto inserui. Non ausa est dicere Sappho ...
Omnia quae sensi subito correptus amore,
Reddere temptaram Sapphus ego carmine verso.
- 25 **At deerat rerum cardo: Nam vita beata**
Se raro monstrat mortalibus. Acrius inde
Tempora vivuntur, fruimur quia rarius illis.
Haec maior nobis quam dis concessa voluptas,
Quo brevior, tanto vehementior. Optima quaeque
- 30 **Dis consueta etenim, communia cuncta videntur,**
Non advertuntur, pulcherrima vilia fiunt.
Haec ego in Elysiis noniam novus incola campis
Heu nimium sensi. Confirmo nunc quoque vera.
- A:** Illud vixisti momentum temporis, illud
- 35 **Nemo tibi eripiet, nec nobis, qui tua dicta**
Imbibimus cupidi, melioris nuntia vitae.

Interview mit Catull

- A:** Wer Göttern lieb, muss jung zu ihnen gehn.
Die Muse raubt den Liebling uns zu früh
Ins Reich der Frommen, nach Elysium.
Dorthin ging Calvus, Gallus, auch Tibull.
- 05 **Ist's gut zu ruhn auf Asphodeloswiesen?**
- C:** Darf offen reden ich? Ich hasse Falschheit.
Erlaubst du's? **A:** Ich verlang's! **C:** Das Grün ist schön hier.
Doch ist die Seligkeit mir zu vollkommen.
Man weiß ja: Mir ist alle Muße lästig.
- 10 **Wie zieht es mich, mein Sirmio, zu dir,**
Zum Gardasee, mir lieber als Bithynien
Und Thynien – selbst Elysium! sag ich jetzt!
Wie wohl tat mir, nach langer Reise Mühen
Auf dem vertrauten Bett mich auszustrecken!
- 15 **A:** In einem Augenblick entstand das Lied,
Das deine Muse dir ins Ohr geflüstert.
Mehr Lieder, mein ich, gib't's, bei denen du
Dich glücklicher gefühlt als Götter! C: Lesbia
Sah ich zum erstenmal, und Himmelsglut
- 20 **Drängt mich zu sagen: « glücklicher als Götter ».**
- A:** Doch mancher nörgelt: « hohle Übertreibung! »
- C:** Ich schob's mit Absicht ein. Die Sappho wagt's nicht.
Von Liebe plötzlich überwältigt, wollt ich
All mein Gefühl in Sapphos Versen finden:
- 25 **Doch fehlt die Hauptsache: Glückseligkeit**
Zeigt Sterblichen sich selten. Heftiger
Erleben wir, weil rar der Augenblick.
Dies Glück ist unser Vorrecht vor den Göttern:
Je kürzer, desto inniger. Das Beste –
- 30 **Vertraut scheint es den Göttern und gewöhnlich:**
Man nimmt's nicht wahr, das Schönste ist nichts wert.
Das hab ich alter Bürger in Elysium
Genug erlebt. Und es stimmt immer noch.
- A:** Den Augenblick, den du erlebt auf Erden,
Raubt keiner dir, auch uns nicht, die dein Wort
Begierig schlürfen: Kunde bessren Lebens.

1 Carm. 51, 13.

2 Carm. 31.

3 Carm. 51, 2.

4 W. Kroll, *ad loc.*

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

C: Ver⁵ cecini, laetosque pedes cupidosque migrandi,
Explorandi urbes Asiae, patriamque petendi.
Talia nunc sentire velim – veniam date: vellem,
40 Adventuque pedum tacito auscultare tuorum,
Quod maius: spectare aveo te, Lesbia, talem
Qualis eras, ad me prima cum nocte venires,
Arguta solea⁶ consistens limine in ipso
Candida diva! Nitens circumvolitetque Cupido!
45 Nonne exspectandi paenultima tempora parva
Maius habent aliquid, sollemnus, aeternumque?
A: Tempora parva duo, sed maxima, carmine in uno⁷:
Vita quibus mutata tua est: mors fratris amara,
Dulcis amor. **C:** Non dulcis erat, sed amarior omni
50 Felle! **A:** Epigramma tuum, quo nil confertius, orbis
Admiratur et in proverbialia sponte recepit:
« Odi et amo ». **C:** Vae! verba nitent, res plena doloris.
A: Naviculam huc illuc versant Boreasque Notusque:
Astra gubernator spectat, navis moderatur habenas.
55 Sic tu, corde dolens, elegias⁸ condis ab omni
Parte elimatas: Formâ strictâ atque severâ
Rerum haud dissimulas pondus, feliciter auges.
Vera fides fuit et pietas tua, care Catulle;
Lesbia falsa. Tuus noster dolor esse probatur.
60 **C:** Sola tamen tua vox expers est ponderis. Affer
Haud vanos testes. **A:** Cantare Propertius ignes
Num sine te posset, saevam Nemesinve Tibullus?
Nonne queri docuit Didonem Ariadna Catulli?
Discipulus fuit ipse Maro tuus. Nonne sat est hoc?
65 Europae historiam conscribere carmine nolo:
Basia Ioannis nequeo reticere Secundi,
Nec te nostrorum lumen lyricorum, Eduarde⁹,
Praetereo, nec te, Michael, quo Dacia¹⁰ gaudet.
C: Iam video: nugae multis placuisse videntur,
70 Carmina sed maiora, in quae mihi maxima cura
Collata est, paucis equidem reor esse relecta.
A: Est tamen hoc operae pretium. Conubia iuncta
Tu celebras inter mortales caelicolasque.

C: Lenz sang ich, froher Füße Wanderlust,
Traum von Erforschung Asiens und von Heimkehr.
Das wünsch ich mir – Verzeihung: wünscht' ich mir.
40 Dem leisen Kommen deiner Füße lauschen,
Mehr noch: dich, Lesbia möchte ich sehen, wie
Du in unsrer ersten Nacht zu mir kamst,
Mit singender Sohle auf der Schwelle standest,
Strahlende Göttin! Dich umflatter Amor!
45 Wohnt der Erwartung letztem Augenblick
Nicht etwas Größeres, Hohes, Ewiges inne?
A: Zwei Augenblicke, kurz, doch groß, in einem
Lied schicksalhaft: des Bruders bitterer Tod,
Und süße Liebe! **C:** Bitterer als die Galle!
50 **A:** Dein inhaltsschweres Epigramm bewundert die Welt;
zum Sprichwort ward's: « Ich hasse und ich liebe ».
C: Das Wort nicht, das Erlebnis ist voll Schmerz.
A: Ein Schiffein, Spielball zwischen Nord- und Südwind,
Im Blick die Sterne, lenkt der Steuermann:
55 So schreibst, trotz schwerem Leid im Herzen, du
Geschliffne Elegien; die strenge Form
Verhehlt den tiefen Ernst nicht, steigert ihn.
Treu und ergeben warst, Catull, du wirklich,
Doch Lesbia nicht. Dein Schmerz ist unser Schmerz.
60 **C:** Allein reicht deine Stimme nicht; benenne
Gewichtige Zeugen! **A:** Sänge ohne dich
Von Liebesleid Properz, Tibull von Nemesis?
Lernt Dido nicht von deiner Ariadne
Das Klagen? Maro war dein Schüler. Reicht das?
65 Lass von Europas Lyrikern mich schweigen.
Nicht übergehn kann ich Secundus' Küsse
Noch unseren Mörike, der Lyrik Leuchte,
Noch Eminescu, der Rumäniens Stolz ist.
C: Ich seh: die kleinen Lieder freuen viele;
70 Die längeren, in die ich so viel Mühe
Gesteckt, nur wenig liest man sie vermutlich.
A: Doch ist's der Mühe wert! Hochzeiten feierst
Du zwischen Sterblichen und Himmlischen.

5 Carm. 46.

6 Carm. 68, 72.

7 Carm. 68.

8 Carm. 76; 68.

9 Eduard Mörike (1804-1875).

10 Mihai Eminescu (1850-1886).

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

C: Scis tamen haec hodie fieri non posse. Fugamus
75 Nos etenim divos nostra impietate. Recondunt
Sese e conspectu, manibus nil tangere possis.
Pro quibus humanos animos invadere temptat
Vana superstitio, rationem quae eripit omnem
Libertatem adimitque ad criminaque excitat Attin¹¹.
80 **A:** Ei mihi! Quis non est, hodie qui talia scripta
Esse putet? Nosti vates bene vulnera nostra,
Ni fallor, tamen et monstras medicamina nobis.
Miror quod novus ille deus quaerens Ariadnen¹²,
Haud spernens homines, oculis non cernitur illi,
85 Auribus at sonitu numeroso hauritur opertus.
Mirifice tua vox variis vocalibus usa
Atque sonis mutis multa evocat instrumenta.
Est deus internus, quem musica sacra revelat,
Dissimilisque deis, quos ars sculptoris adumbrat.
90 Non fugit errores nostros; compulsus amore,
Ipse venit miseram miserans servatque puellam.
C: Haud aliter mea me convenit Lesbia sponte.
Atque a me merito dicta est divina puella.
A: Progenies magna est ex illo carmine nata:
95 Bembus¹³ enim Minci et Gardae conubia cantans,
Nequaquam terris saevum promittit Achillem:
Vergilium ingenio summum, quem longa secuta est
Scriptorum series per saecula multa. Catulle,
Haec tua progenies! **C:** Fertis mihi gaudia magna,
100 Quos ego, qui terris excessi paene adulescens,
Diligo sicut avus¹⁴ natos serosque nepotes.

C: Du weißt: Dies kann nicht mehr geschehn. Die Götter
75 Vertreiben wir durch unser gottlos Wesen,
Sie fliehn der Augen Licht, sind nicht zu greifen.
An ihrer Stelle dringt der Aberglaube
In Menschenherzen, raubt Verstand und Freiheit
Und treibt den Attis ins Verbrechen. **A:** Weh!
80 Man möchte meinen, heute sei dies alles
Geschrieben! Seher, du kennst unsere Wunden!
Doch weist du, glaub ich, auch den Weg zur Heilung.
Erstaunlich, dass der neue Gott, der Ariadne
Aufsucht, nicht meidet Menschen: unsichtbar,
85 Doch hörbar, tief versteckt in der Musik.
Im Wechsel von Vokal und Konsonanten
Lässt jedes Instrument du voll erklingen.
Der Gott in uns, den heilige Musik
Enthüllt, gleicht nicht den Göttern, die man bildet.
90 Flieht nicht vor unsren Fehlern, kommt aus Liebe,
Voll Mitleid rettet er die Ariadne.
C: Freiwillig kam so Lesbia zu mir.
Mit Recht nannt ich das Mädchen eine Göttin.
A: Aus jenem Werk erwuchs ein großer Stamm dir:
95 Bembo sang Mincios Ehebund mit Garda,
Daraus entspringt kein grausamer Achill,
Nein: Geistesheld Vergil, dem durch die Zeiten
Von Dichtern eine lange Reihe folgte:
Dein Nachwuchs! **C:** Dieser bringt mir große Freude.
100 Verließ ich auch die Erde fast als Jüngling,
Lieb ich euch doch als Ahn: die späten Enkel.

11 *Carm.* 63.

12 *Carm.* 64.

13 Petrus Bembo (Pietro Bembo -1545), *Sarca*. Integra princeps editio (textus latinus cum versione Germanica et adnotationibus), ed. O. Schönberger, Wirceburgae 1997.

14 *Carm.* 68, 119-124.

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

Ad T. Livium epistula

- Hunc patiare senem seras tibi solvere grates,
Qui teneris annis aviae pendebat ab ore,
Narrantis geminos fratres, quos bestia nutrit,
Materna superans homines pietate feroces.
- 05 Mox puber tamen Hannibalem mirabar euntem
Trans Alpes cum militibus magnisque elephantis.
Femineae auctorem iuvenis virtutis adoro:
Quot lacrimas ego tunc pro te, Lucretia, fudi!
Quot risûs, audax Tiberim quod Cloelia vicit!
- 10 Historicos inter, solitos tantum arma sonare,
Fata puellarum spectas intentius unus.
Denique iudicio maturus factus et annis,
Officium didici quid sit patris atque magistri,
Cum tua iura daret populis vox ore Camilli.
- 15 Obsidione urbem concluserat ille Faliscam:
Nobilium natos Romana in castra magister
Perducit fraudi sperans fore munera magna.
Quem breviter clara resecutus voce Camillus:
« Ad populum similemne tui venisse putabas
- 20 Te, fallax? Armis vincam, non proditione.
Nam belli sicut pacis sunt iura. Ubi scripta
Lex deest, insculpta animis manet atque manebit. »
Discipulos virgis caedentes terga magistri
Ire domum iubet. At commoti sponte Falisci
- 25 Iustitia atque fide, Romanis moenia tradunt.
Exemplum populis magnum fis, iuste Camille:
Ius belli pacisque novum fert Grotius orbi
Hostiles inter nationes vincula nectens
Voce tua fisus, Livi. Clementia iusque
- 30 Romanum Europae caecos domuere furores.
Vera etenim ratio naturae congrua lex est:
Qui fugit hanc, sese ipse fugit. Quid publica res sit,
Exemplis monstras, non vis mera spargere verba.
« Pompeiane! » iocans Augustus te vocat: ardes
- 35 Legis amore, tibi res publica libera cordi est.
Gallia te sequitur res publica libera facta
Regibus occisis civilesque excolit artes.
Discipulis legeris; picturis curia plebem
Evocat, ut Livi Romana exempla sequantur.

Brief an Livius

- Spät dankt ein alter Mann dir, nimm es an!
Wie lauscht als Kind er der Erzählung Omas
Von Zwillingen, die eine Wölfin säugte,
Mütterlich, rohen Menschen zur Beschämung!
- 05 Für Hannibal, der mit Heer und Elefanten
Die Alpen überwand, schwärmt' ich als Bursche.
Dein Frauenlob entzückt mich bald als Jüngling:
Viel Tränen weint' ich um Lukretia,
Und lacht', als Cloelia übern Tiber flüchtet.
- 10 Unter Historikern, die gern mit Säbeln rasseln,
Bewegt nur dich der Mädchen Schicksal ernstlich.
Gereift zum Manne, lern ich durch Camillus
Von dir des Vaters und des Mannes Pflichten,
Da dieser Völkerrecht der Welt verkündet.
- 15 Umzingelt hielt er die Faliskerstadt.
Des Adels Kinder führt ins Römerlager
Ein Lehrer, hofft auf Lohn für den Verrat.
Mit klarer Stimm' entgegnet kurz Camillus:
« Betrüger, hältst du uns für deinesgleichen?
- 20 Durch Waffen sieg' ich, und nicht durch Verrat.
Krieg kennt wie Frieden Rechte: Fehlt Geschriebnes
Gesetz, gemeißelt ewig steht's im Herzen ».
Den Lehrer jagt nach Hause er mit Ruten
In Schülerhand. Des Feldherrn Treu' und Rechtssinn
- 25 Rührt die Falisker. Sie ergeben sich.
Camillus, Beispiel der Gerechtigkeit,
Des Völkerrechts in Krieg und Frieden! Grotius
Knüpft Bande zwischen feindlichen Nationen
Nach Livius' Spruch. Gerechtigkeit und Milde
- 30 Schenkt Rom Europa, zähmt das blinde Wüten.
Vernunft – Gesetz, das eins mit der Natur –
Wer vor ihr flieht, flieht vor sich selbst. Was Staat ist,
Zeigst du am Beispiel, machst nicht leere Worte.
Augustus nennt im Scherz dich « Pompeianer »:
- 35 Gesetz und Republik liebt heiß dein Herz.
Nach Tod der Könige ein freier Staat,
Folgt Frankreich dir, pflegt Bürgertugend, lesen
Dich Schüler, und im Rathaus rufen Bilder
Das Volk auf, Livius' Römern nachzustreben.

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

40 Sunt quoque qui nolint temere omnia dicta probare:
Plebem et patricos doctorum credere turba
Non tam nobiliter rixas gessisse parata est,
Ut Clio tua fert. At non Brutove Numaeve
Tu scribis! Populo passo civilia bella,
45 Centum annis laniant cui mutua vulnera corpus.
Unum debebant adversae discere partes:
Qui contra dicit, non est perimendus ut hostis,
Sed verbis causisque bonis refutandus amicus.
Utraque pars patriae est, patriae pars utraque servit.
50 Unde tibi venit, Livi, sapientia tanta?
Natus in antiqua es, Româ quae antiquior, urbe,
Inde e longinquo tua mens diiudicat aequae,
Quid rerum sit praecipuum caput, et quid inane.
Quod maius: sophiae Graecorum saepe studebas,
55 Scripta erat ad natum tibi epistula, de sophiaque
Exstabant libri. Cicero quod viderat olim,
Tu quoque vidisti: meditanda est iuris origo,
Communis cunctis populis; servandaque iura,
Virtutesque, patres prisci quas sponte colebant,
60 Consulto nobis vigili sunt mente novandae.
Scribendi historiam tempus defecerat illum.
Tu complevisti quam liquerat ille lacunam,
Utilis esse cupis Romae: Romaeque fuisti
Utilis et multis, legerunt quae tua scripta,
65 Gentibus. Hoc etiam saeculum ne desere nostrum!
In binas partes populus dividitur unus,
Non curant patriam, sua cuique est factio numen.
Iam desunt populi, quibus haec contagia parcant,
Consensuque caret sanctissima America avito.
70 Paene iterum in partes binas dilabatur orbis.
Quomodo Romanis mores persuaseris aptos,
Ede mihi! Nil opprobrii monitisque peractum est!
Conticui: Clio, tua Musa, apparuit ipsa
– In dextra stilus est, laevâ cohibente tabellas –
75 Subridens placidâ quae talia voce locuta est:
« Plus exempla valent longis sermonibus: arte
Narrandi est opus, hac animos adducere iustum est,
Virtutes ne crediderint nimis esse severas,
Sed pulchras dignasque putent sudore bonorum.
80 Iustitia exemplo est, tribuens sua cuique: beatus

40 Doch mancher glaubt nicht jedes Wort dir blindlings:
Patrizier und Plebejer sind nicht immer
So edel miteinander umgegangen,
Wie deine Muse singt. – Nein, du schreibst nicht
Für frühere Zeiten! Sprichst zu einem Volk,
45 Nach hundert Jahren Bürgerkrieg voll Wunden.
Da mussten beide Seiten eines lernen:
Dein Gegner ist kein Feind, verdient den Tod nicht,
Mit Worten, guten Gründen widerleg ihn!
Dem Vaterland gehört und dient ihr beide.
50 Von wannen kam dir, Livius, so viel Weisheit?
Du stammst aus einer alten Stadt, die älter
Als Rom. Urteilen kannst du aus der Ferne,
Was wahrhaft wichtig und was nichtig ist.
Und mehr noch: dich beschäftigt Griechenweisheit,
55 Schreibst einen Lehrbrief an den Sohn und Bücher
Zur Philosophie. Was Cicero gesehen,
Siehst du: Des Rechtes Ursprung sei bedacht,
Der alle Völker eint. Man halte Recht.
Und Tugenden, die Vätern unbewusst,
60 Erneure denkend man mit wachem Geist.
Wozu es Cicero an Zeit gebracht,
Vollendet dein Geschichtswerk, Livius!
Rom nützlich sein: dein heißer Wunsch. Erfüllt
Ist er für Rom und viele Völker, die dich
65 Gelesen. Lass im Stich auch unsre Zeit nicht!
In zwei Parteien zerfällt das eine Volk,
Sie kümmert nicht das Land, nur die Partei.
Kaum gibt's noch Völker, frei von dieser Pest.
Sogar Amerika, einst fromm, ist nicht mehr einig.
70 Die Welt zerfällt bald wieder in zwei Lager.
Sag mir: Wie hast du Rom zu rechter Sitte
Geführt? Ermahnen, Tadeln blieb erfolglos.
Ich schwieg. Da! Deine Muse in Person
Erschien – den Griffel in der Rechten,
75 Die Tafel in der Linken – und sprach lächelnd:
« Beispiele wirken mehr als lange Reden.
Es braucht Erzählkunst, Seelen anzulocken,
Die wähten, Tugend sei nur allzu streng.
Nein: Schön ist sie und wert den Schweiß der Edlen.
80 Gerechtigkeit zum Beispiel: jedem gibt sie

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

Accipiens benefacta; iuvant benefacta datorem.
Sic melior fit vita hominum ». Sed tu mihi, Clio,
Ede, stilum manibus teneas cur atque tabellas!
« Non satis est, *quid* dicendum sit scire! Sed ad rem,
85 *Quomodo* dicatur, plus quam fortasse putabas
Refert. Plurima sunt linguae instrumenta Latinae:
Compâret scriptor delectu iudicioque.
Crede mihi, veniet verbo tempusque locusque
Sponte suus, sine vi; tantum exspectare memento.
90 Passibus ut levibus praeludit veles et armis,
Principio scriptor scaenam haud insuaviter aptat.
Paulatim admiscet graviora, gravissima tandem.
Ast ubi quae fuerant illi narranda, peracta,
Ultima praecipitat, nobis ne taedia fiant.
95 Ut loca dux tribuit, sua cuique et munera defert:
Turribus imponit vigiles et montibus altis,
Collocat huc equites – pedes at summittitur illuc,
Ista cohors struit insidias – Tite, non aliter tu
Vocibus ac formis variis, quas lingua ministrat,
100 Uteris haud temere, at disponis callidus illas:
Maxima vis ut sit, pleno cum lumine splendor,
Utque oculis nobis videamur cuncta videre,
Participes vivi rerum fiamus et ipsi.
Prospiciens structor totum partesque theatri,
105 Hunc lapidem fundamentis assignat, et illum
Arcubus, atque alios Atlantibus atque pilastris,
Sic, Livi, rerum gestarum magna theatra
Aedificans, totum meditans et singula curans,
Romanae historiae sublimes erigis aedes. »
110 Musa tacet. Grates aveo tibi solvere, Livi!
Narrandi arte tua est thesaurus nonne creatus,
Ex quo tot populi traherent exempla forensis
Vitae ac iustitiae? Maius quid Roma reliquit
Gentibus hoc dono? Tacuisset si tua Musa,
115 Humanae mentes humana voce carerent,
Vita foret nobis hominum nec nomine digna.
Ingenio vivit Nasonis fabula Graeca;
Ingenio Livi pietas virtusque Latina.

Das Seine. Geber freut sich und Empfänger.
So wird das Leben edler, würdiger. »
Sag, Clio, warum trägst du Stift und Tafel?
« Zu wissen, *was* zu sagen sei, genügt nicht.
85 Das *Wie* ist wichtiger, als du wohl meintest.
Latein hat viele Ausdrucksmittel. Auswahl
Und Urteil zeigen erst den Meister.
Glaub: seinen Platz und seine Zeit wird finden
Das Wort von selbst, vergiss nur nicht zu warten.
90 Mit leichtem Schritt und leichtbewaffnet plänkelnd,
Macht der Erzähler die Eröffnung reizvoll,
Bringt Ernsteres allmählich, schließlich Schweres.
Kaum ist vollendet das Geschehen, bricht
Er plötzlich ab, um nicht zu langweilen.
95 Platz und Pflicht weist ein Feldherr jedem zu:
Auf Türme, Bergeshöhen stellt er Wächter,
Schickt Reiter hierher, dorthin Fußvolk, sendet
Ein Trüppchen in den Hinterhalt: nicht anders
Gehst, Livius, weislich du mit Worten um,
100 Mit Formen: wahllos nicht, mit Kunstverstand!
So wirken stärker sie, in vollem Lichte.
Zu sehn mit eignen Augen meint man alles,
Erlebend am Geschehen nimmt man teil.
Das Ganze und die Teile des Theaters
105 Plant der Erbauer, weist den Fundamenten,
Den Bögen, den Atlanten und Pilastern
Verschiedne Steine zu: so baust du, Livius,
Dein Welttheater, Kleines, Großes ordnend,
Der römischen Geschichte hohen Tempel. »
110 Die Muse schweigt. Lass mich dir danken, Livius!
Erzähler, schufst ein Schatzhaus voll Belege
Für Bürgersinn und für Gerechtigkeit.
Was konnte Roma Größres hinterlassen
Den Völkern? Schwiege deine Muse, fehlte
115 Die Stimme uns der Menschlichkeit. Es wäre
Des Menschen Leben nicht des Menschen würdig.
Wie Naso neu belebt der Griechen Fabeln,
So Livius Rechtsgefühl und Römertugend.